

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Paciencia x
cum fonte primo

Impacientes

dum perturbationi sue minime
obsistunt, eciam si qua a se tranquilla
mente fuerant bene gesta confundunt et
improviso impulsu destruunt, quicquid
forsitan diu labore prouido
construxerunt.

Gregorius ibidem (in pastoralis).

Dicendum quoque impatiensibus, quia
dum motionis impulsu praecipites,
quaedam uelut alienati peragunt, uix
mala sua postquam fuerint perpetrata
cognoscunt. Qui
dum perturbationi suae minime
obsistunt, etiamsi qua a se tranquilla
mente fuerant bene gesta confundunt, et
improviso impulsu destruunt, quicquid
forsitan diu labore prouido
construxerunt.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 3,
9 (SC 382, F. Rommel ed., p.296, ll.8-
15).